UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Arsenio abbate. Cap[itulum]. cxviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

uit in ꝯfeſſiōe ꝯfracta eſt. Cuiꝰ ē cadauer cōbuſtū. Oſſa aūt illiꝰ ab eodē ep̄o collecta vna cum corpore iuſte in ciuitate hiſpaleñ. tumulata ſūt. Harū paſſio celebrat̄. xiiij. kal. augu.

De ſctō Arſenio abbate. Cap. cxviij.

Arſenius abbas cū adhuc in palatio iperatorū archadij ⁊ honorij cōſiſteret: ⁊ vt ad ſalutē dirigeret̄ oraret audiuit a dn̄o vt hoīes fugeret ⁊ ſaluaret̄. Accedēs igitur ad monachalē vitā ⁊ ibidē orās audiuit: arſeni fuge: tace: q̄eſce. Matrona q̄dam nobilis ⁊ ſenex venit: vt abbatē arſeniū ex deuotiōe videret: q̄ rogatꝰ a theophilo archiep̄o: vt ſe videri ꝑmitteret: nullatenus acq̄euit. Tū illa ad cellā ꝓperās: ipſum foris ante oſtiū inuenit: ⁊ ſe ad pedes eius ꝓſtrauit. Ille autē cū indignatiōe nimia eā eleuauit: eāqꝫ dure increpauit: q: cū mulier eēt: tātam vagationē facere p̄ſumpſiſſet. Nā cū alie mulieres ab ea redeūte audirēt: ꝙ abbatē arſeniū vidiſſet ipſe ſimiliter ad eū videndum cōfluerēt. Illa aūt ſe nunꝙ̄ alicui dicturā ꝓmiſit: ꝙ eū vidiſſet: ſupplicās vt tātū pro ip̄a oraret. Abbas v̄o ſe deū oraturum dicebat vt memoriā eius de corde ſuo deleret. Hec illa audiēs turbata nimiū ad ciuitatē venit: ⁊ pre triſticia egrotare cepit: qđ archiep̄s audiens ad eā cōſolādaꝫ acceſſit: eiqꝫ inter cetera dixit: ne de verbis ſenis miraret̄: q: inimicus ꝑ mulieres viros ſanctos īpugnat. Nā credere debebat: ꝙ vir ſanctus pro eiꝰ aīa ſemꝑ exorabat: ⁊ ſic cōſolata cōualuit: ⁊ ad ꝓpria remeauit. Arſenius autē per totū vite ſue tēpus ſedens ad opus manuū pānū habebat in ſinu ꝓpter lachrymas: que iugiter de oculis eiꝰ fluebant: ⁊ totā noctē inſōnē ducebat. Mane autem cū ꝓpter nature laſſitudinē dormire vellet: ſōnū tanꝙ̄ malū ſeruū vocabat: ⁊ ſedens parū ſōni ſurripiebat: ſtatimqꝫ ſurgebat: dicebat enim ſufficere monacho: ſi dormierit vna hora: ſi tn̄ pugnator eſt. Cū pater ſcti arſenij nobiliſſimꝰ ſenator vitā finiēs ⁊ teſtm̄ faciēs: magnā hereditatē filio dimiſiſſet: tabellio teſtm̄ ad eū detulit: qđ abbas accipiēs ſcindere voluit. Tabellio v̄o eius pedibꝰ ꝓuolutus rogabat: ne hoc faceret: q: caput eiꝰ p̄cideret̄. Cui arſenius reſpōdit: ꝙ prius mortuus fuerat ꝙ pater eius: q̄ ipſuꝫ heredeꝫ fecerat: ⁊ iō ipſuꝫ īſtituere nō poterat: ⁊ remiſit teſtm̄ nihil recip̄e volēs. Quadā vice fcā eſt vox ad arſeniū: vt exiret: ⁊ op̄a hoīum videret: ⁊ egreſſus vidit ethiopē ligna incidentem: ⁊ ſarcinā ſibi īportabilē facientē: cumqꝫ ipſam ferre nō poſſet: iterū ligna cedebat: et ad ſarcinā diutius addebat. Viditqꝫ rurſum hoīem haurientē aquā de lacu: ⁊ eā fundētem in ciſternā ꝑtuſaꝫ: quā aquā ꝓfundebat in lacuꝫ: ⁊ ip̄am nihilominꝰ ciſternā implere volebat. Iterū vidit tēplū ⁊ duos hoīes in eq̄s portātes lignū tranſuerſum: volētes autē tēplū introire nō poterāt: q: lignū in trāſuerſo portabāt. Et expoſuit ei vox viſa dicēs: ꝙ vltimi ſunt q̄ portat lignū iuſticie cū ſup̄bia: nec humiliant̄: ꝓꝑ qđ a regno dei excludunt̄. Qui ligna incidit: hō eſt in peccatis multis: ⁊ pro eo vt agat p̄niam nō ſubtrahit de peccatis: ſed iniq̄tates addit. Qui aūt aquā haurit: hō ē bona op̄a faciēs: ſed q: cū eis ſunt ꝑmixta mala ꝑdit op̄a ſua. Veſpere ſabbati veniente die dn̄ico: relinq̄bat poſt ſe ſolē: ⁊ extendebat manꝰ ad celū: donec mane ſole aſcēdēs faciē eius illuſtrabat: ⁊ ſic reſidebat. Quieuit aūt in pace vir dn̄i. xiiij. kal. auguſti. Hec in vitis patrum.

De ſcō Joſeph iuſto diſcipulo. Cap. cxix.

Joſeph qui vocabat̄ barſabas q̄ cognominatus eſt iuſtus: vnus ex. lxxij. chriſti diſcipulis nō fuit barnabas vt rabanus ⁊ q̄dā putauerūt: ſed frater iacobi alphei ac ſimonis: ⁊ iude: filiuſqꝫ marie ſalome ſecundogenite ſancte anne ⁊ ſororis vterine genitricis dn̄i: vt infra dicet̄ in geſtis ſancte anne ſeptimo kal. auguſti. Hic eni cū mathia ſtatutus eſt ab aplꝭis ad ſortiēdū in locū iude: vt hr̄ Act. primo. cap. Qui p̄dicatiōis ⁊ ſanctitatis officio ſeruiēs ac fideliter cōplens multaſqꝫ ꝑſecutiōes a iudeis ꝓ chriſto ſuſtinens: victorioſiſſimo fine apud iudeā q̄euit. xiij. kal. auguſti. De quo refert̄ ꝙ venenū biberit: ⁊ nihil ex hoc triſte pertulit ꝓꝑ domini fidem.

De ſancta Margareta virgine ⁊ martyre. Cap. cxx.

Margareta v̄go apud antiochiaꝫ ſub olibrio p̄fecto paſſa eſt. Hec fuit filia theodoſij gentiliū patriarche: q̄ nutrici tradit̄ ⁊ ad adultā etatem veniēs baptizat̄: ⁊ ꝓpt̄ hoc exoſa patri plurimū habebat̄. Cū aūt annos. xv. attigiſſet: ⁊ cum alijs virginibus oues nutricis ſue cuſtodiret: p̄fectꝰ olibrius illac trāſitum faciēs in eius amorē exarſit: ⁊ ꝯcitos pueros vt ad ſe illā ducerēt deſtinauit: q̄tenus ſi libera eſſet: eā in vxorem acciperet: ſi aūt ancilla in cōcubinā teneret. Quā ſibi p̄ſentatam de nomine ⁊ genere ſuo ac religione requiſiuit.